



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo
Libros Distribvtvs**

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

§. II. Quid veniat nomine pretiosorum mobilium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

in Auth. hoc ius porrectum C. de
Sacros. Eccles. & in lib. Decret. 12.
q. 2 per tot. presertim in cap. sine ex-
ceptione, & in lib. Decretalium in
tit. De reb. Eccl. aliena. vel non pre-
cipue in cap. nulli, & in eod. tit. in
6. ut obseruat etiam Quarant. in
ver. Alienatio rerum Ecclesie in
principio. & hodiè attenditur pre-
cipue constitutio Pauli II. quæ in-
cip. Ambitiosæ relata inter extran.
commun. substit. de Reb. Eccles. non
alien. vbi alienantes bona Eccle-
siae immobilia, vel mobilia pre-
tiosa sine beneplacito sedis Apo-
stolicæ excommunicantur, ac pri-
uantur eo ipso beneficijs, quoru[m]
bona alienarunt: illi etiam, qui res
alienatas receperint, excommu-
nicationi subiciuntur, & contra-
etis ipse nullus, & inualidus de-
claratur. Regulares verò vltra
præfatas pœnas incurunt etiam
ipso facto priuationem vocis ac-
tuæ, & passiæ, ac perpetuam
inabilitatem ad illam in posteru[m]
obtinendam sublata etiam Gene-
rali, & Proæctori illam moderan-
di, aut relaxandi facultate ex de-
creto Sac. Congregationis iussu Vr-
bani VIII. edito sub die 7. Septem-
bris 1624. prout resert Bonacini in
tract. de Alienat. honor. Eccles. disp.
2. q. vn. pun. 1. num. 8.

§. II.

*Quid veniat nomine pretiosorum
mobilium.*

R Esp. quod veniunt vasa argé-
tea, vestes pretiosæ, quæ diu-
tius seruari possunt, Grex ouium
armamentum Boum, præsepi um-

equorum Rico. in Prax. for. Eccles.
par. 1. ref. 58. Barbos de offic. & pot.
Episc. par. 3. all. 95. num. 39. item
arbores fructiferæ, & his similia.
Nau. conf. 7. de Reb. Eccles. alien.
vel non. Bonacini loco cit. disp. 2. q.
vn. pun. 2. nu. 8. Quare vendi qui-
dem possunt Agni, Arietes, Hirci,
Hædi, & Vituli, non tamen potest
alienari totus Grex sine solemni-
tate Vulp. in Prax. Iudic. cap. 6. n. 8.
Dicit tamen Ricc. in Prax. vt su-
pra par. 1. ref. 63. quod huiusmo-
di pretiosæ mobilia absque assen-
su Apostolico possunt alienari,
quando illorum pretium conuer-
titur in fabricam eiusdem Eccle-
siae.

§. III.

*An dispositio d. extrau. Ambitiosæ
procedat in rebus donatis, vel
legatis alicui Ecclesie cum
expressa conditione, vt
illas Ecclesia possit
adlibitum alia-
nare.*

R Esp. affirmatiuè, quia hæc co-
ditio tamquam illicita reij-
cit cap. tua nobis de Testamen.
Vulp. in Prax. iudic. cap. 6. num. 35.
Barbos. d. par. 3. alleg. 95. numer. 70.
quod intellige, quando donantur,
vel legatur ecclesiæ ea paci, secus
si incapaci, quæ non potest reti-
nere in communi, quales sunt fra-
tres Sancti Francisci 'de obser-
uantia, quia tunc possunt bona
huiusmodi alienari sine solemni-
tate, & pretium in utilitatem Ec-
clesiæ conuerti, etiam si in tali le-
gato facto incapaci caueatur
quod